



Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

3. De poena maledicentium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

Acto. Sic 1. Corinth. quarto. Maledicimur, & benedicimur. & Luc. 6. Benedicite maledicentibus. et si hoc graue sit pati, attamen maior erit corona. Matth. 5. Beati eritis cum maledixerint vobis homines, &cæt. Hoc proprium est hereticorum, nempe lingua bestie; Apocal. 13. &c.

Tertio, Apostolus Paulus quoties hoc peccatum taxat, inquit, quod tales regnum Dei non possidebunt. 1. Corinth. sexto: Neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt. & Galat. quintonumerat hoc unum inter opera carnis, & dicit, Maledici non possidebunt regnum Dei. Graue ergo vitium sit oportet, quod priuat vita & regno Dei, & quidem admodum commune est hoc vitium iam in mundo, sed nemo corrigit. Quod si ille qui dicit fratri suo, fatue, reus erit gehennæ ignis: quid de alijs maledictionibus grauissimis & pessimis nominibus erit, quibus laeditur proximus? Augustinus sermone septimo de S. Stephano scribit, terribile exemplum demuliere matre, quæ decē filijs suis maledixit, & quomodo pueri sunt puniti &cæt. vide serm. Insuper scriptura notat aliqua vitia, quæ faciunt incurrere maledictionem Dei, ut mendacium, sicut serpens maledicitur Genes. tertio, aut negligentia præceptorum Dei, Deuter. 28. Derisio vel inhonoratio parentum, ut Noe maledixit Chanaan, Gene. nono. Etiam in figura fuit maledictiones, sic Christus maledixit sicui; Matth. 21. notans sterilitatem verorum fructuum filiei in Iudæis, et si foris cum cæremonijs splendebat. Sic Helizæus propheta maledixit pueris, 4. Reg. secundo, notans peccata parentum in filijs, &cæt. Igitur huiusmodi maledictiones sunt nobis documenta, ne incidamus in peccata: at dum homo hominem odit, & ei ex ira maledicit, grauissimum est peccatum; & cum huiusmodi Apostolus 1. Cor. 5. prohibet cibū sumere, & quod à communitate aliorum debeat ex-

comis

communicari. At inquis: licet ne reprehendere manifesta & publica vitia? Respon. Christus inquiens, Luc.6. & Matt.7. Nolite iudicare &c. non prohibuit officium iudicis aut concionatoris, sed prohibet priuatam maledicentiam, & in rebus dubijs calumnias; Est aut priuata maledicentia quandoq; extra iudiciū aut concionem aut deliberationem. Dicuntur in alios conuicia, etiam si vera & manifesta sunt, quæ fiunt, vel vt ille emendetur, vel vt effectius consulatur, sed erumpunt, aut ex naturæ vanitate, aut ex morbo animi, idq; hoc tempore visitatum est &c.

CAPUT XV.

ARGUMENTA.

1. *De peccato inuidiae, & quid sit.*
2. *Cui sit similis inuidus.*
3. *Quantum noceat homini inuidia.*



Nuidia est dolor alienæ fœlicitatis, prosperitatis aut fauoris, sicut diabolus inuidet nostram fœlicitatem, Sap.2. Inuidia diaboli mors intravit in orbem. Sic inuidia serpētis prostravit parētes, Gen.3. Inuidia Cain nō potuit quiescere donec occisus effet Abel, Gen.4. Sic inuidebat filij Iacob fratri suo Ioseph, Gen.37. sic Saul inuidebat Dauidi, qui tamen illum omnib; affecit beneficijs. 1. Reg.18. Sic Iudas inuidet Christo, quod à sancta muliere vngueretur, cùm diceret: Ad quid perditio hęc? Mat.26. Est igitur inuidia dolor alienæ fœlicitatis siue prosperitatis. Sed scriptum est Proverb.17. Qui in ruina lætatur alterius, non erit impunitus. Hęc inuidia duas habet filias, dolorem in prosperis, & gaudium in aduersis proximi. Quare inuidi sāpē sic sunt infelices, quod ipsi amittunt quicquid alij lucrantur: ipsi de sanitate aliorum infirmantur, de prosperitate aliorum intabescunt,

benedic
s, et si hoc
Matth.3;
es, &cet,
qua bestie;

peccatum
n posside
que rapa
to nume.
Maledici
vitum sit
uidem ad
undo, sed
ri suo, fa
s maledi
ibus erit;
mone se
oplum de
t, & quo
uper scri
rere ma
ns male
ceptorum
arentur;
am in fi
xit sicui;
tuum fi
endebat;
Reg. se
cet. Igia
ocumen
ominem
ccatum;
bet cibū
beat ex
comæ